Fragmentarium

In illo tempore [illegible]

principis phariseorum sabbato manducare pa[illegible] et ipsi

observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus er

erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos

et phariseos: Si licet sabbato curare. At illi tacu-

erunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum ac dimisit. Et respondens

ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet et

non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad

hec respondere illi. Dicebat autem ad invitatos parabolam

intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos:

Cum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco

ne forte honoratior te sit invitatus ab eo et veniens hic

qui te et illum vocavit dicat tibi: Da huic locum. Et tunc

[illegible]n illo tempore dixit Iesus discipulis

[illegible] Hoc est preceptum meum ut dili-

gatis invicem sicut dilexi vos. Ma-

iorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam

ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei

estis si feceritis que ego precipio [illegible]

Iam non dicam vos servos quia ser[illegible]

scit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi a-

micos quia omnia quecumque audivi a patre meo

nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego

elegi vos et posui vos ut eatis et fructum

afferatis et fructus vester maneat. Et quodcumque

petieritis patrem in nomine meo det vobis

License: cc-by-nc – Budapest, Magyar Tudományos Akadémia Könyvtár és Információs Központ, T 324a, 7v_2r – Evangelistarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-10pa/4472/46129)